


Historia Vølsungorum
ed.
Arvidsson.
I-II.
Åbo. 1820-21.



[illegible]

Historia Volsungorum

Svetice Reddita.

Cujus

Partem Tertiam

Consensu Facult. Philos. Aboëns.

Publico examini modeste subjiciunt

Mag. ADOLPHUS IVARUS ARVIDSSON

Histor. Univers. Docens

&

JOHANNES von BECKER

Nobil. Stipend. Bilmark.s,
Viburgenses.

In Audit. Philosoph. die 2 Maji 1821.
H. p. m. s.

ABOÆ, Typis Frenckellianis.

få framgång, om du ej hindrar det och kommer emot honom med en här och tager mig bort; ty med ingen Konung will jag hellre lefwa och bo, än med dig." "War wid godt mod, Konungadotter, sade han, förr skola wi pröfwa wårt mannamod, än du blifwer honom gifwen, och hårå will jag wåga mitt lif."

Kap. 17.

Helge fäller Konung Hoddbrodd och ägtar Sigrun.

Derefter sänder Helge män med rika skänker att wärfwa sig manskap, och stämmer hela hären till Rödberg 21). Nu dröjde Konung Helge der till deß mycket folk hann till honom från Hedinsö 22); då kom ock till honom mycket krigsfolk fram ur Niörfasund 23), med wackra och stora skepp. Konung Helge kallar till sig sin Skeppsstyrman, som hette Leyf, och sporde om han hade räknat deras manskap. "Nu är icke lätt att räkna, Herre, sade han; ty de skepp som komne äro ur Niörfasund, hafwa tolf tusen man, och är dock det öfriga hälften större." Då mälte Konung Helge, att de skulle wända sig till den fjärd, som Warmsfjärd 24) heter; och så gjorde de. Nu kom öfwer dem en stark storm, och så hög sjö, att det war till höran-

des, då böljorna slogo emot skeppsborden, nästan såsom då bergen sammanstöta. Helge bjöd dem att icke frukta eller minska seglen, utan hellre sätta dem ännu högre upp än förut. Då war det nära att wågen slagit öfwer dem, innan de hunno i land. Då kom Sigrun Konung Hognes dotter ofwan af landet med mycket folk, och wisade dem till en god hamn, den der hette Gnypalund 25). Deßa tidender sågo landsmännen och kom så ofwan af landet Hoddbrodds broder, hwilken rådde för den trakt som kallas Swarinshög 26). Han ropar på dem och spör, hwem som anförde detta myckna manskap. Sinfjotle står upp och hafwer hjelm på hufwudet skinande som glas, och en brynja hwit som snö, spjut i handen med ett kostbart märke, och gullrandad skjöld framför sig. Han förstod att tala med Konungar. "Säg, när du hafwer gifwit swin och hundar åta, och du råkar din qwinna, att hit äro komne Wölsungar, och att en man finnes i hären den der heter Helge, och är det hans gamman att strida med framgång, medan du kyßer trälinnan wid elden." Grane 27) sade: "icke månde du kunna måla mycket berömwärdt eller weta förtälja fornsaker, då du så ljuger på höfdingar; sannare är, att du länge hafwer födt dig ute på marken med wargamat och dödat dina bröder; och är det underligt att du töres komma i hären med goda män, som dock har sugat blodet af månget

kallt as." Sinfjotle swarar: "icke måtte du klarligen minnas, huru du war trollqwinna på Warinnsö 28), och sade dig wilja ågta mig, och walde mig det embetet att wara din man; derefter war du Walkyria i Asgård, och war det nära wid, att många skulle slås för din skull; men jag aflade med dig nio wargar på Laganås 29), och war fader för dem alla." Grane sade: "mycket kan du ljuga: jag tror att du ej mågtar wara någons fader, sedan du wardt gålder af jåttens döttrar på Thorsnås 30); och år du Konung Siggeirs styfson, och har legat ute å marken med wargar, och kom det dig all olycka uppå. Du dråpte dina bröder och wardt en elak slågtfrånde." Sinfjotle swarar: "minnes du wål, att du war mårr åt håsten Grane, och red jag dig ett stycke wåg å Granwallen; sedan wardt du getapojke hos Jåtten Golnir." Granmar sade: "hellre will jag trolla foglar på ditt as, ån att långre tråta med dig." Då målte Konung Helge: "manligare wore för eder att slåß ån att tala slikt, som skam år att höra: och wål åro ej Granmars söner mina wånner, dock åro de kåcke mån." Granmar rider nu bort emot Konung Hoddbrodd till Solfjoll; deras håstar hette Sweipud och Snegjud. De möttes i borgporten, och berättade han honom krigstidenderna. Konung Hoddbrodd war klådd i brynja och hade hjelm på hufwudet. Han spör hwilka

deße woro, "eller hwarföre äro de så wredgade?" Granmar säger: "här äro komne Völsungar och hafwa tolf tusen man wid landet och åtta tusen wid en ö, som heter Sak 31); men wid Grindir är det som mesta parten ligger, och förmodar jag nu, att Helge will slåß." Konungen swarar, "görom då uppbud kring allt wårt rike och dragom emot dem; sitte nu ingen hemma som strida will! Sändom nu budskap till Grims 32) söner, Atle, Inge, (Hogne 33) och Alf den gamle; de äro store stridsmän!" De möttes på det ställe som heter Frekasten 34), och wardt der ett hårdt slag. Helge går fram igenom Fylkingarne, så att der blef ett stort manfall. Då sågo de en stor sköldmöaflock, såsom i en eldslåga: der war Sigrun Konungens dotter. Konung Helge trängde sig fram till Konung Hoddbrodd och fäller honom under stridsmärket. Då mälte Sigrun: "haf tack för detta werk; skifta må du nu deßa länder. Är detta för mig en mycket lycklig dag, och skall du deraf erhålla heder och ryktbarhet, att du hafwer fällt en så stor Konung." Konung Helge fattade det beslut, att han qwarblef der länge; och fick han Sigrun, och wardt en widtfrägdad och namnkunnig Konung: och nämnes han ej widare i denna saga.

Kap. 18.

Borghild swiker Sinfjotle.

Nu fara Wölsungarne hem och hafwa mycket ökat sin ryktbarhet. Sinfjotle drog åter i härnad; han såg en fager qwinna och åtrådde mycket att erhålla henne. Till denna qwinna friade äfwen Borghilds broder, hwilken Konung Sigmund ägde. De afgöra målet genom en strid, och fäller Sinfjotle denna Konung. Sedan härjade han widt omkring, beslöd många slagtningar och hade alltid seger. Blef han härigenom den namnkunnigaste och mest widtfrågdade af alla män; och kom hem om hösten med många skepp och mycken rikedom. Han sade sin fader deßa tidningar, och denne åt Drottningen; men hon böd honom draga ur riket och wille hon ej se honom. Sigmund sade sig ej wilja låta honom fara, utan erbjöd henne böter för honom i guld och mycken egendom, ehuru han ännu alldrig bött för någon; och mälte, att det war ingen fromma att träta med qwinnor. Då hon nu härmed ej kom till wäga, sade hon: "I skolen råda, Herre; ty det sämes eder." Hon gör då grafölet efter sin broder, med Konungens bifall, och tillrustar detta gästabud med mycken kostnad och öfwerflöd, och bjöd dit många utmärkte män. Borghild bar kring dricka åt männen; hon kom för Sinfjotle med ett stort horn och sade: "drick nu

styfson!" Han tog hornet, såg deri och målte: "grumlig år drycken." Sigmund sade: "få mig hornet;" han tog det och drack ut. Drottningen målte: "hwarföre skola andra mån dricka för dig?" Hon kom andra gången med hornet: "drick nu!" och manade honom med många ord. Han tog hornet och målte: "blandad år drycken." Sigmund sade: "få mig den." Tredje gången kom hon och bad honom dricka, om han hade Wölsunga hug. Sinfjotle tog hornet och målte: "etter år i drycken." Sigmund sade: "låt låppen sila den, min son." Då war Konungen mycket drucken, och derföre talade han så. Sinfjotle dricker och faller genast. Sigmund reser sig opp, och gick honom sorgen nåra lifwet; han tog liket i sina armar och gick till skogen, och kom der till en wik. Hår såg Konungen en man uti en liten båt; denne frågade om han wille låta föra sig af honom öfwer wiken: han jakade hårtill. Skeppet war så litet, att det ej bar dem alla, och liket wardt först öfwerfördt; men Sigmund gick långs wiken: och derwid förswann skeppet ur Sigmunds åsyn, och åfwenså mannen. Derefter for han hem, förskött Drottningen; och snart derefter dog hon. Sigmund rådde långe öfwer sitt rike, och tyckes hafwa warit en den största kämpe och Konung efter forдna seder.

Kap. 19.

Sigmund får Hiordis Konung Eilimes dotter.

Eilime har en Konung hetat, både rik och ryktbar. Han ägde en dotter, som hette Hiordis, den skönaste och wisaste af alla qwinnor; och det sporde Konung Sigmund att hon war efter hans sinne. Han besöker Konung Eilime; denne tillrustar ett stort gästabud åt honom, om han ej reste dit med härfärd. Nu fara bud dem emellan, att han droge ut med wänskap, icke med härnad. Detta gästabud war tillagadt på bästa sätt och mycket folk ditkallade. Konung Sigmund kom nu till gästabudet, och spisade bägge Konungarne i samma sal. Dit war äfwen kommen Linge 35) Konungasonen, som ock wille blifwa Konungens måg. Konungen såg nu, att de hade bägge samma ärende; tycktes ock weta, att han hade att wänta ofred af den, som finge afslag. Då mälte Konungen till sin dotter: "du är en klok qwinna, och jag har sagt dig, att du skall sjelf wälja dig man: wälj nu emellan twå Konungar, och är det min wilja, som din är." Hon swarar: "swårt synes mig detta mål; dock wäljer jag den som ryktbarast är, och det är Konung Sigmund, ehuru han är mycket till åren kommen;" och wardt hon honom gifwen. Konung Linge for nu bort; men Sigmund erhöll Hiordis: blef då den ena dagen bättre förplä-

gadt än den andra. Derefter for Sigmund hem till Hunaland, och Konung Eilime, hans swärfader, med honom. Men Konung Linge och hans bröder samlade en här och drogo emot Konung Sigmund; ty ehuru de alltid kommit till korta, retade dem dock detta. Wille de nu dämpa Wölsungarnes öfwermod, och kommo till Hunaland. Då sände Konung Linge och hans bröder budskap till Sigmund, och utfordrade honom till slagtning; emedan de ej wille skjäla sig på honom, ty de trodde sig weta att han ej skulle fly dem. Konung Sigmund swarade sig komma till striden, och sammandrog sin här. Hiordis wardt förd ut på skogen med en tjenstepiga, och många ägodelar med dem. Der blef hon medan slaget påstod.

Kap. 20.

Sigmund Wölsungs sons fall.

Wikingarne lupo ifrån skeppen med en otalig här. Konungarne Sigmund och Eilime satte upp sina härtecken, och wardt då blåst i ludrarne. Konung Sigmund låter ock stöta i det horn, som hans fader hade ägt, och äggade fram sina män; dock hade Sigmund mycket mindre folk. Nu uppstod ett hårdt slag, och ehuru Sigmund war gammal, stridde han dock kraftigt, och war alltid främst för sina män. Höll för honom hwarken sköld

eller.

Adnotanda.

1) *Madr fyrir ſér*, man för ſig, ille appellatus fuit, qui ſui juris & mancipii erat vir. Inde *mikill fyrir ſér* virum ſignificat validum, fortem & potentem.

2) Likade, placebat; a verbo Islandico *lika*, placere, derivatum. Anglice: *to like*, Angloſaxon: *licean* vel *lician*, *licigean;* Gothice: *leikan*, *galeikan;* Belgice: *liiken* (Conſer: E. Lye, *Dictionarium Saxonico & Gothico-Latinum.* — J. Ihre, *Gloſſarium Sviogothicum.* — Ulfilas, *Jeſu Chriſti Evangelia;* Luc. 1: 3). Neque vocabulum Svecanum *lika*, uſu hodierno quamvis fere detritum, in antiqua hacce lingua raro occurrit.

3) Singularis illa eſt linguæ Islandicæ indoles, ut in orationem directam obliqua illa transeat. Cujus transmutationis exemplum hic & innumeris locis habes. Videſis: *Anvisning till Isländſkan eller Nordiſka Fornſpråket*, *af* E. C. Rask. Stockholm, 1808; p. 223, §. 422.

4) Hunaland. Variæ ſunt variorum de ſitu hujusce regionis ſententiæ, & diverſa Hunniæ nomine occurrunt loca. In Palatinatu inferiori, inter Rhenum, Moſellam & Naham collocat eandem *Irenicus*, Libr. 1. Cap. 35 ſermonem injiciens Hunnicæ gentis. — *Socrates* vero *Scholasticus* hunc populum Burgundionibus imminere eorumque finibus

instare, perhibet. *Αποτρεφονται τουτοις συνεχως το εθνος των ουννων επερχομενον, ελεηλατει την χωραν αυτων και πολλους πολλακις αυτων αναιρουν.* (SOCRATIS, *Histor. Ecclesiast.* Lib. 7, cap. 30, pag. 371. Moguntiæ, 1677). — *O. Verelius* Smalandiæ confinem Hunniam facit (dubitanter tamen in re difficili versatus), cum Reidgothiam & Smalandiam ejusdem terræ diversa fuisse nomina approbat (Vid. *Not. ad cap. 10 Histor. Hervorianæ*, p. 121); alio autem loco (p. 5), ex auctoritate Historiæ Vilkinensium, Russiam quoque Hunniam esse denominatam disserit. — Et *Saxo* quidem *Grammaticus*, in vita Frothonis tertii regis Danorum, Ruthenos Hunnosque pro iisdem accipit (SAXO GRAMMATICUS, *Historia Danica*. Edit. *Stephanii*; Soræ, 1644. p. 86 seqq.) — *Chronicon de gestis Normannorum in Francia* Hunnos "Scanziam, quæ Northvegia dicitur", insulam inhabitasse memorat. (Vid. JAC. LANGEBECK, *Scriptores rerum Danicarum medii ævi*; Tom II. Hafniæ, 1773). — Alii autem Hunniam vel Hunalandiam antiquissimam, utrumque sinus Bothnici latus, præsertim occidentale, occupasse censent; argumentis vero nituntur admodum infirmis, ex historia Sturlögi Laboriosi (Sturlögs Starfsames) c. 15-17 captis, quo loco *Hundingialandiæ* solum mentio inferitur, eaque obscura & vacillans (Vid. P. SALANI *Not. ad Egilli Asmundique Historiam illu-*

ſtrandam; p. 88. Upſaliæ, 1693). — Confer: Sögu Ásmundar, er kalladr er Kappabani; *Obſervanda*, p. 25, Stockholmiæ, 1732). — Quæ vero omnia noſtram Hunniam vel Hunalandiam parum illuſtrant, *Torfæus* eam Reidgothiæ confinem fuiſſe affirmat. Cum vero Jutiam antiquitus Reidgothiæ nomine celebratam eſſe, fuſe monſtraverit, & Hunniam ad auſtrum proximam, junctam conterminamque Franciæ poſuerit, Holſatiæ eidem ſitum vindicat (Torfæus, *Hiſtoria rerum Norvegicarum;* Part. I, Libr. 10, c. 21; p. 439, 440). — Inter manuſcripta Legati Arna-Magnæani, ſub N:o 765, geographia occurrit vetus Islandica lingua exarata, quæ a parte Poloniæ orientali Reidgothiam & Hunniam ſitas perhibet. Habet etiam *Fragmentum vetus Islandicum Hiſtorico-Geographicum de rebus Dano-Norvegicis*, apud *Langebeckium*, l. c. T. II, p. 36, hæcce verba: "En auſtr fra Polena er *Reidgota land* ok tha *Huna land*". — Collatis vero argumentis, quæ in medium protulerunt celebb. *Suhm*, *Stephanus Biörnonis* atque Eddæ Rhythmicæ P. II. editores Danici, nos quidem perſvaſi ſumus Hunniam noſtram Bataviæ quandam partem & adjacentis Germaniæ, in Veſtphaliam usque & Franciam protenſam, finibus ſuis continuiſſe; notum quamvis ſit diverſis temporibus diverſa loca hac nomine innotuiſſe. Derivandumque videtur illud Hunniæ, (cujus regionis incolæ ſtirpis erant Fran-

cicæ), a flumine *Unſingis* vel *Huneſa*; cui noſtris adhuc diebus *Hunſingow* (medio ævo *Hunesgo*, *Hunsgo* vel *Hunesgewe* appellata) in Groningia, ſuum debet nomen (Videſis: P. F. Suhm, *Hiſtorie af Danmark*; Tom. 1, p. 156. — Ejusd. *Critiſk Hiſtorie af Danmark*; Tom. 2, p. 207. — *Edda Sæmundar hinns Froda*; P. II. p. 86, 87 not. Havniæ, 1818. — *Hervararſaga ok Heidreks Kongs*; p. 256, 257. Hafniæ, 1785).

5) Åter hon ſomt af åpplet. — Etiamſi celeberr. viri *Biörner* & *F. H. van der Hagen*, ſuis in verſionibus hujus fabulæ, in eam inclinarunt ſententiam, ipſum regem pomi quandam partem comediſſe; nos tamen, & Islandicæ linguæ genium & telam narrationis conſulentes, non potuimus quin nobis persvaſum haberemus, vocabulum hun (illa) loco hocce negligentia & incuria omisſum eſſe. Cujus rei cauſa idem vocabulum inſerere non dubitavimus.

6) Ledungståg, (Islandice *leidångur*), expeditio navalis. — Um Kunungr ledhung ok hans ſkipæwiſtir, ſtatuit Kunungr Balker, X Flukker, (confer: XI Flukker) Uplandz laghen, ſum af Byrgher Magnuſa ſon, åhrom after Ch. B. 1295 förbåtradhes. Stockholm, 1607. — Vox duabus compoſita eſt partibus, quarum altera *leid* originem debet vocabulo Angloſaxonico *lith* (navis), unde *lithan* na-

vigare; & altera *ângur* (anguftus) coactionem indicat, cognataque eft Perfico-Græco αγγαρευειν & Latino *angariare*. (Ihre, l. c.; E. Lye, l. c.; Du Cange, *Gloſſ. ad Scriptor. med. & infim. Latinit*).

7) Obfervatu quidem eft dignisfimum *ſectionem* quam vocant *Cæſaream*, apud veteres Septentrionis populos adhibitam fuisfe. Eandem Græcis quoque & Romanis fuisfe notam, ab iis tamen, ut videtur, mortua folum jam matre auxilio fumtam, multis firmare licet indiciis & teftimoniis. 1:o Legitur apud Virgilium, Æneid. L. X. v. 315, hæcce: "Inde Lycam ferit, exfectum jam matre peremta"; quo obfervavit loco *Servius*, Virgilii commentator: "Omnes qui fecto matris ventre procreantur, ideo funt Apollini confecrati, qui Deus medicinæ, per quam lucem fortiuntur, eft." (*Virgilii Maronis Bucolica, Georgica & Æneis, cum commentariis Donati & Servii*. Bafileæ, 1551; p. 788). — 2:o Varias quidem in medium proferunt eruditi etymologias, cognomen *Cæſaris*, familiæ *Juliæ*, explicantes. *Servius ad Virgil.* Æneid. L. 1. v. 286; l. c. p. 186. "Cæfar dictus, ... (vel) quod avus ejus in Aphrica manu propria occidit elephantem, qui Cæfar dicitur Pœnorum lingua." Confer: Æneid. L. XI, v. 743, l. c. p. 900. — Æl. Spartianus, in *Ælio Vero*, c. 2: "Cæfar (vel) ab elephanto, qui lingua Maurorum *Cæſa* dicitur, in prælio cæfo, appellatus eft." (*Hiſtoriæ Romanæ Scriptores Latini veteres*, Tom. II. Ge-

nevæ, 1623, p. 294. — S. Pomp. Festus, *De verborum Significatione*. Apud P. Santandreanum, 1593, p. 28). Inprimis vero eam adamant, quæ a laudata sectione cognomen celebratum derivat. Illustrant hæc: Æl. Spartianus l. c. "Cæsarem, .. eum qui primus sic appellatus est, putant dictum, quia mortua matre, sed ventre cæso sit natus". — Servius *ad Virgil*. Æneid. I. 286; l. c. p. 186: "Cæsar, quod Cæso matris ventre natus est." — *Id.* Æneid. X. v. 315; l. c. p. 788: "Qui primus de Cæsarum familia fuit, execto matris ventre procreatus est, unde & Cæsar dictus est." — C. Plinii *Histor. Natural.* (Ed. *Franzii*. Lipsiæ, 1779), L. VII. c. 7 (9); p. 59, 60; "Auspicatius enecta parente gignuntur; sicut Scipio Africanus prior natus, primusque Cæsarum a cæso matris utero dictus. Simili modo natus & Manilius." — C. Julii Solini *Polyhistor*, c. 4; Ed. *M. A. Delrii*, p. 16: "Defuncta parente, quod excisus utero in diem venerat, primus Romanorum *Cæsar* dictus est." — "*Cæsares* dicti, qui cæsa matre nascuntur". Nonius. — Isidorus Hispalensis, *Originum*, L. IX, c. 3. Coloniæ Agrippinæ 1617, p. 77. "*Cæsar* dictus, quod cæso mortuæ matris suæ utero prolatus eductusque fuerit." — Tertullianus, *de Anima*; Parisiis, 1616, c. 25, p. 490. "Possumus illos quoque recogitare, qui execto matris utero vivi aërem hauserunt, Liberi" (forte: Laberii) "aliqui & Scipiones." Narrat Idem ibi-

dem Scipionem Africanum majorem cæso matris Pomponiæ utero in lucem prodiisse. 3:o Etymologia cognominis familiarium Duilliæ, Fabiæ & Quintiæ, quod quidem *Cæso* fuit, idem testatur. Consentiunt de etymo hocce rerum scrutatores. PLINIUS, l. c. "Qua de caussa" (a cæso matris utero) "et *Cæsones* appellati." — FESTUS, L. 3, ed. cit. p. 28. "*Cæsones* appellantur ex utero matris exsecti." — C. TITIUS PROBUS, "*Kæsones* appellati sunt, qui e mortuis matribus exsecti erant." 4:o Etymologia prænominis *Servii.* — C. TITIUS PROBUS; "*Servius*, qui mortua matre in utero servatus est."

8) Göthland. Evincit rerum ratio, regionem vulgo *Reidgothiam* (Reidgöthaland) nuncupatam, nomine hocce insigniri. Dissentiunt vero inter se historiæ scrutatores, quinam inprimis terræ tractus eodem fuerint celebrati. In Smalandia, Svecana provincia, eam collocat celeb. *Verelius*, argumentis usus, nostro judicio, admodum levibus & vanis (*Not.* ad *Hist. Hervoræ*, p. 116); concedens tamen, ea quæ de Smalandia in medium attulit, alios ad Cimbriam sive Jutiam trahere (l. c. p. 121). — Evertit plane argumenta illius testimonium celeb.i *Torfæi* (vid. *Seriem Dynast. & reg. Daniæ*, L. II, c. I, p. 87), in vetustis membranis *Reidgotalandiam* ubique, nusquam *Ridgotalandiam* occurrere; qua appellatione inprimis ni-

titur hypothefis Vereliana. Perhibet præterea Snorro Sturlonides, regem Svecanum Dagum collectis copiis Reidgothiam petivisfe, cujus terræ fitum, a Svecia in occidente locat his verfibus Thiodolfus;

Oc that ord
à auftr-vegà
Vífa ferd
Frá vígi bar.

(*Konunga-Sögur af Snorra Sturlufyni.* T. I. p. 25. Holm. 1816).

Exhibent duo membrana, penes Arnam Magnæum, in vita Olafi Tryggvini divifionem regnorum Ragnaris Lodbrochii, ubi Gothia Svecica a Reidgothia claris verbis diftinguitur. "Tok Biörn Jarnfida Uppfala riki, Svithiod alla, oc hvart tveggia Gautland, oc oll thau lond er thar liggia till. Sigurdr Ormr i Auga hafdi Eygotaland oc allar eyiar, Skani oc Halland. Hvitferkr hafdi *Reidgotaland* oc thar med Vindland." (*Torfæi Series;* p. 375). Ad rem fatius explicandam id potisfimum valeat, feptentrionales terras in duas partes a majoribus noftris dêvifas fuisfe, *Reidgothiam* (continentem terram) puta & *Eygothiam* (terram infularem). Teftatur id his verbis *Edda* profaica: "i than tima var kallat allt megiuland that er han (Odin) átti *Reidgotaland*, en eyjar allar *Eygotaland*." (Vid. *Snorra Edda*, ed. Holm. p. 195.

SUHM,

